



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Rvperti Abbatis Monasterii Tuitiensis, ordinis sancti
Benedicti, Theologi antiqui ac plane clarissimi, in Cantica
Canticorum de incarnatione Domini commentario[rum],
libri VII**

Rupertus <Tuitensis>

[Köln], 1527

VD16 B 3703

Vox dilecti mei: Ecce ueniet saliens in mo[n]tib. tra[n]siliens colles. Similis
est dilectus meus capreæ hinnuloq[ue] ceruorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34445

COMMENTARIO. LIB. II. Fe. 27

instanter inquiratis. ¶ Per quod adiuro uos: per capreas ceruosq; camporū. Vere magnum adiu ramentum. Nam & ego iuraui ceruis & capre is. s. patribus uestris, regib; & patriarchis, maxi meq; Abraham & David; facere uerbū istā qd̄ nunc feci, cū quo uidelicet uerbo dilectā dormit dormitione silentij cōpetentis. Si nunc suscitanti bus uobis, & illa omnibus respondente, fama ni mis crebresceret, & Herodes p̄terit inueniret atq; occideret, euangelio nondū condito: quō ius iurandum meum ratum permaneret, quod iura ui ad Abraham patrē uestrū, in isto semine eius benedicendas fore omnes gentes. Iccirco p̄ illos Gen. 22. patres uestros, uobis reuerēdos, adiuro uos. Vn de patres illi capreae siue cerui? Nimis ex eo, q̄ sicut capreae ad instar auium ardua & excelsa te nent, in sublimi habitāt, & in petris altissimis cō morantur: sic illi manentem non quæsierunt ciui tatem sed meliorem appetierunt, hoc est, coele stem: in casulis habitantes & confitentes q̄a pe grini & hospites sunt super terram, & sicut cer ui, cū aliquid serpētini gñis comederint summa agilitate desiderāt uenire ad fontes aquarū: ita il li scientes se a primis parentibus per serpentem contraxisse originale pctm̄, desiderabāt nasci si bi iam dictæ benedictionis promissum fontem, in quo est remissio peccatorū. Inde est illud: Quē admodum desiderat ceruus ad fontes aquarū, ita desiderat anima mea ad te deus.

¶ Vox dilecti mei: 'Ecce ueniet saliens in mōtib; trāsiliens colles. Similis est dilectus meus capreae hinnuloq; ceruorum.

D 17

Gen. 22.

Hebræ. 12
& 13.

Psal. 41

RVPERTI IN CANT. CAN. CA. II

¶ Dilecta quando uult, non suscitata, neq; euigilare coacta: sed quando uult, & ubi uult, & quibus uult, scripturarꝝ mysteria pandit, & loquitur & dicit: Vox dilecti mei, subauditur, talis est, qualē dictura sum: & uocis eius. i. scripturā, q̄ ad ipsum & ad me ptinet, sensus hic est, quē expositura sum. ¶ Vocē ipsam, uerba ipsa dilectā q̄ loquitur mihi, iam dicerem, sed uos forte prius aliud audire uultis, cur tam diu dilatū fuerit hoc negociū, & prius q̄ mecū conueniret, tot generationes præterierunt, uidelicet ad Abrahā usq; ad Dauid generationes 14. & a Dauid usq; transmigrationem Babylonis generationes quatuordecim, & a transmigratione Babylonis usq; ad ipsum generationes quatuordecim, sicut Euan-gelista diligenter distinguit. Cur aduentum suum tam diu distulit? Num tardus est aut segnis? ¶ Imo uelocissimus in opere suo est secundū testimonium scripturarꝝ, cuius uidelicet testimonij summa hæc est. Ecce iste ueniet salies in montibus, transiliens colles. Similis est dilectus meus capreæ hinnuloq; ceruorꝝ. Dicunt enim scripturæ propheticæ, uelocitatem eius attestātes, Vocā nomen eius, accelera spolia detrahete, festina prædari. Item: Et ecce festinus uelociter ueniet, non est deficiens, neq; laborans in eo. Et multa his similia. Vnde ergo dilatio? Dicam:

Marth. 1

Esa. 8
Esa. 5.

¶ En ipse stat post parietem nostrꝝ respiciens p̄ fenestras prospiciens p̄ cancellos. ¶ Diligenter animaduertite, ut sciatis rem. Non enim res parua est, quam dico parietem nostrꝝ, propter quem tam morose uenit iste qui & al.